de Sãmarthanos in Gallia Chriſtiana. *Tomo* 1. *fol*. 227 *num*. 69.

CLVI.

1621. Domus Beatæ Mariæ de Doloribus in Flandria, quatuor leucis à Civitate Inſularum, & una ab oppido Armentiers abſtracta, quidquid eſt, debet Illuſtriſsimo Domino D. Ioanni le Vaſſeur Domino de la Boutillerie Extat ab anno 1621 atque anno 1641. fuit in numerum domorum Ordinis noſtri Cartuſiani relata, *Picardia.*

CLVII.

1623. Domus Antuerpienſis in Brabantia, ex bonis Sanctæ Sophiæ ſibi comparavit. Olim ſtetit in Pago Vvcht, prope Sylvam Ducis Bolleduc in Brabantia, à D. Ludolpho Van Vvaèter Bulcoducenſi Canonico, & aliquot eiuſdem Civitatis Civibus, una cum generoſo Milite D. Arnaldo de Herlaer, & Adelhide PioKs cius *Teutonia.*

cius conſorte erecta anno 1466. habuit que primum Rectorem celebrem illum, & toto Orbe venerandum, extaticum P. Beatum Dionyſium Richelium: ſed à bellorum turbinibus quaſſata anno 1580. Antuerpiam anno 1623. translata eſt cum omnibus ſuis bonis, & circa Caſtri planitiem ſtatuitur. Vide Aubertum Miræum in Catalo Cartuſ. *fol*. 32.

CLVIII.

Provincia. Domum Beatæ Marthæ, iuxta aquas ſextias (Aix) in Provincia, Clariſsimus Dominus Ioannes Andrea de Aymardo in Senatu Aquenſi Conſiliarius à ſe legavit ſuis hæredibus ut ædificarent; anno 1623 quo mandato impleto, eam ſibi Ordo aſſeruit, & univit, anno 1633. Vide Sammarthanos in Gallia Chriſtiana. *Tomo* 1. *fol*. 25 *num*. 67. 1623.

Do-